

30c. Verum per iniustitiam nascitur id, quod iniuste agere vocavimus. 30SP. Nascitur. 30C. Iniustitiam vero id esse diximus, quod iniusti faciunt. 30S. Diximus. 30CRA. Iniusti igitur iniuste agunt, & iniusti sunt, & improbi. 30SP. Iniusti, ut apparet. 30C. Non ergo ea in te mentitus est Poeta. 30SP. Non videntur.

DE VIRTUTE, AN TRADI DOCTRINA POS- SIT. 11.

Socrates, Amicus.

IRTV stradine doctrina potest, an ea potius est, quae non possit acquiri: Sed viri natura, vel alio quodam modo boni sunt? AM. Non habeo, Socrates, quid tibi nunc respondeam. 30C. At hoc ipsum ita consideremus. Age, si quis vellet ea facultate bonus fieri, quae boni sunt coqui, qui scit in primis habentur, unde fieret? AM. Inde videlicet, si de bonis coquis disceret. 30C. Quid, si vellet bonus fieri medicus, ad quem profectus, bonus fieret medicus? AM. Ad eorum aliquem, qui boni sunt medici. 30CRAT. Si vero cuperet arte bonus esse illa, qua boni sunt Fabri? AM. Ad fabricorum aliquem. 30CRAT. Sed, si peroptaret ea virtute bonus evadere, qua viri sunt & boni, & Sapientes, quod profectum illum oporteret discere? AM. Arbitror, ad eorum aliquem, qui boni sunt viri, si modo is, qui discere cupiat, ad eam virtutem perdiscendam sit idoneus: nam quod alio proficisci possit? 30C. Age, quoniam viri boni in vobis nostra fuerunt, ut expendamus, an viri huiusmodi bonos item alios faciant? AM. Thucydides, Themistocles, Aristides, & Pericles. 30C. Vniuscuiusque horum magistrum possumus referre? AM. Non possumus, non enim id dicitur. 30C. Quid? discipulum possumus vel peregrinum, vel civem, vel liberum, vel servum nominare, qui possit affirmare, se per eorum consuetudinem Bonumque, & Sapientem factum? AM. Neque hoc dicitur. 30C. Nunquid iniusti erant ita, ut nollent virtutem ceteris impetire? AM. Fortasse. 30C. Ob idne, quod vererentur, ne sibi alij fierent aemuli, quemadmodum Coqui, & Medici, & Fabri faciunt? Nanque ij neque vtile sibi existimant esse, si multi sibi in arte aduersarij fiant: neque commodum, si ipsi inter multos sui similes habitent. Eodemne igitur modo, & viris bonis incommodum est, cum sui similibus habitare? AM. Fieri potest. 30C. Nonne sunt iidem Boni, & Iusti? AM. Sunt. 30C. Estne aliquis, cui possit vtile esse, non cum bonis, sed cum improbis versari? AM. Non possum dicere. 30CRA. An igitur neque hoc potes dicere, vtrum sit bonorum quidem nocere, sed improborum prodesse: an contra? AM. Contra. 30C. Asserine bonos iuuare, improbos, vero ledere? AM. Assero. 30C. Estne igitur aliquis, qui ledit malit, quam iuuat? AM. Nullus certe. 30C. Nullus ergo mauius inter nocentes, quam inter vtilis viuere. AM. Res est, ut dicis. 30C. Nullus igitur e viris bonis molestus fert, alium bonum, & sui similem fieri, AM. Nullus, ut ex hac ratione apparet. 30C. Audisti Themistocli Cleophantum filium fuisse? AM. Audisti. 30CRAT. Themistocles certe, qui bonitatem ne-

mini iniudebat, si modo bonus erat, ut verè fuit, & à nobis dicitur, nunquam filium quam optimi fieri per iniudiam prohibuisset. AM. C. Nunquam. 30CRA. Propterea filium equitanti arcem ita doceri voluit, ut in ea peritus, & bonus esset. Nam reclus in equis ascendebat, ex equisq; reclus iaculabatur, atq; alia multa & mira faciebat. Multis etiam praeterea rebus illum institutum curavit, & edocendū, quae cūque à bonis praceptoribus traduntur. Hae nonne de nato maioribus audisti? AM. C. V. Et quidem sepe. 30CRA. Nemo igitur huius filij naturam vel malam accusare potest. AM. Nemo quidem iuste, ut ex his, quae tu dicis, manifestum est. 30C. Cleophantum vero ipsum Themistoclis filium in his, in quibus pater sapiens erat, audistne vnquam ex aliquo vel iuvene, vel sene, virum & bonum & sapientem fuisse? AM. C. Nunquam. 30CRA. An igitur censendum est, Themistoclem his quidem, quae diximus, filium suum institui, sed Sapientia, qua sapiens erat ipse, nihilo meliorem quouis vicino fieri voluisse. Si Virtus acquiri potuisset? AM. C. Haud simile verè so. Huiusmodi quidem magister virtutis fuit is, quem tu supposuisti. Sed de Aristide videamus. Hic Lyfima-chum educauit quidem, deditq; opera, ut omnium Atheniensium pulcherrime his omnibus, quae sunt in magistrorum facultate, erudiretur. sed virum tamen nemine meliorem fecit, hunc enim ego & tu non solum vidimus, sed etiam conuenimus. AM. C. Verum. 30C. Jam verò notis Paralum, & Xanthippum, quorum tu mihi alterum videris amauisse, sic à Penelope altos, & institutos fuisse, ut Atheniensium nemini in arte equitandi cederent: in Musica praeterea alijq; certandi generibus, atque ad aliis omnibus, quae traduntur arte, ut illi non minus, quam ceteri, essent eruditus, ipsum vehemeter elaborasse: viros autem bonos an fieri noluit pater? AM. C. Fortasse facti fuissent, si Socrates, nisi mortem iuuenes obissent. 30CRA. Tu iure quidem tuis amoribus succurris: sed Pericles tamen, si virtus parabilis fuisset, ipseq; bonos potuisset facere, multo potius illos in sua ipsius virtute sapientes, quam in Musica, & certandi studio fecisset. Sed ea comparari non potest. Nam & Thucydides duos aluit filios, Melisiam, & Stephanum, pro quibus tu non ea posses dicere, quae pro Periclis filijs modo dixisti. Horum enim & tu alterum nosti usque ad senectutem, alterum verò etiam ultra peruenisse. Atque hos quidè pater cum doceri voluit, ut bene alia scirent, tum verò in primis: ut Atheniensium omnium pulcherrime iudicarentur. Illos enim, alterum quidem Xanthizae, alterum verò Eudoro, erudiendos tradidit. Ipsi porò magister tūc omnibus in arte iudicandi excellere videbantur. AM. C. Norum est. 30C. Videlicet igitur ille vnquam, vbi multum oportebat in eos, qui docerent, hae filios doceri voluisset: vbi verò nihil impense erat faciendum in eum, qui virtus faceret bonos, hoc illos non docuisset, si quidem tradi potuisset? AM. C. Non mirum dicis. 30CRA. At enim Thucydides fortasse ignobilis erat, nec multos vel ex civibus, vel ex socijs amicos habebat. Quin etiae & ampla ex familia, & plurimum cū apud ciues tū, apud Graecos alios poterat. Quare, si hoc ipsum potuisset acquiri, inuenisset, ille profecto aliqui vel ex civibus, vel ex peregrinis, q; filios fecisset bonos, si per Reip. administratione ipsi non licuisset. Sed enim virtus Amice, acquiri non potest. AM. C. Ita est fortasse. 30CRA. At enim si virtus acquiri nō potest, an boni natura

DEMODOCVS, VEL,

DE CONSULTANDO III.



V me quidem iubes, o Demodoco, consilij aliquid vobis hisce de rebus afferre, de quibus consultari conuenit: sed mihi in mentem venit considerare, quid concilium vestrum, eorumque, qui se vo bis consilium posse dare putant, studium, atque suffragium, quod vnusquisque vestrum ferre cogitat, possint efficere. Hoc enim quo pacto non sit ridiculum, vos, si rectè & perite hisce de rebus, de quibus consultari conueniunt, dare consilium non licet, consultores de rebus conuenisse, de quibus dare consilij rectè non liceat? Illud verò etiam quoniam sit absurdum, conuenisse vos consultores, si rectè quidem, & perite huiusmodi de rebus dare consilium liceat, sed nulla sit scientia, ex qua rectè quisquam de his dare consilium possit? Quod si aliqua scientia sit qua liceat in his rectè consilium dare non necesse est, & aliquos esse, qui sciant his de rebus rectè consilium dare? Quum verò sint aliqui, qui sciant de his consilium dare, de quibus vos consultis, non necesse est, vos etiam vel scire de his consilium dare, vel nescire: vel partim quidem ex vobis scire, partim verò nescire? Si omnes igitur scitis, quid oportet vos amplius ad consulendum conuenire? vnusquisque enim vestrum ad dandum consilium est idoneus. Sin omnes contra nescitis, quomodo consultare poteritis: vel quid vtilitatis hoc consilium afferre potest vobis, qui ne deliberare quidè possitis? Sed si ex vobis partim quidem scitis, partim verò nesciunt, quid consilio eger, si fieri vtiq; potest, ut vir vnus prius det imperitis consilium, poterit & vnus vobis, qui nescitis, consilium dare. An non idem, qui sciunt, dant consilij omnes? Quare vos, hoc audito, decet hinc abire. Nunc tamen hoc non facitis, sed vultis multos ex his, qui consilium dent, audire. Non enim creditis eos, qui ad dandum consilium vobis aggrediuntur, ea nosse, de quibus dant consilium. Si enim credidissetis eos, qui dant consilium, nosse, vnum vobis audire satis fuisset. Vos igitur, ut eos, qui nesciunt, audiat, conuenire, tanquam aliquid quod operpretium sit facturi sitis, qui fieri potest, ut non sit absurdum? Atq; de vestro quidem consilio sic dubitode illorum verò, qui vobis consilium dare posse putant, studio illud mihi dubium est. Nam si, qui iisdem de rebus dant consilium, non eadem respondeant, quo pacto pulchre omnes dare consilij possint, quom non respondeant eadem, quae responderet is, qui rectè dat consilium? Vel quomodo ineptum non sit eorum studium, qui inducant animum his de rebus consilium dare, quatuor sunt imperiti: Nam periti nunquam sibi ita colligunt, ut consilium non rectè dare velint. Si eadè contra respondeant, quid ipsos omnes oportet consilium dare? Vnus enim ipsum, qui eadem respondeat, sufficere poterit. Quis igitur eos non rideat, qui cupiant ea facere, quae nihil vtilitatis afferant? Neque igitur imperitorum studium possit non esse ineptum, quom sit huiusmodi: neque prudentes vnquam talia facienda suscipiant, quom loiant vel vnum quemuis

ipsorum, qui consilium det, ut par est, id ipsum posse prestare. Quare ego nullam rationem excogitare possum, qua studium eorum, qui se vobis consilium dare posse putant, non ridiculum esse videatur. Quod vero ad suffragium quod ferre cogitatis, pertinet, id quidnam possit, vel emeter animi pendeo. Nam utrum eos qui sciunt, ut consilium dent, decernitis: at non plus vno, neque aliter, atque aliter eadem de re consilium dabunt: quam ob rem de his vos suffragium ferre non oportebit. An imperitos, & eos, qui non, ut oportet, consilium dant, ad dandum consilium constituetis? at hi non magis, quam furiosi consulendi sunt. Sed si neque de peritis, neque de imperitis sententiam ferretis, quoniam ab initio ad dandum consilium idoneos esse iudicabitis: Quid verò proflus convenit alios vobis consilium dare, si quidem vos hęc potestis iudicare? Quod si non potestis iudicare, quid vobis suffragia possunt prodesse? vel quo pacto ridiculum non sit, vos veluti consilio egentes, nec ad id inveniendum idoneos convenitis: postquam vero conveniretis, ex illam sententiam vobis esse ferendam, tanquam iudicare possitis? Non enim dicendum est, vos quidē singulos rudes fuisse, sed, postquam vnum in locum convenistis, prudentis factos esse: neque præterea vos privatim quidem dubitasse, verum simulatque huc venistis, non amplius dubitare sed idoneos esse factos ad ea perspicenda, quę vobis faciendi sunt: quum de nullo hæc didiceritis, neque vos ipsi invenieris, quod est longè omnium difficilimum. Vos enim, nisi cognoscere possitis, quę vobis faciendi sint, nunquam de eo, qui vobis consilium det, an id rectè faciat, iudicare poteris. Neque præterea vnus aliquis, qui vobis det consilium, dicet, se vos, quę vobis faciendi sint, ita docturum, ut & qui bene vobis consilium dent, iudicare possitis: atque id ipsum tam breui, & tam multis, quum præsertim hoc illo nihilo minus difficile esse videatur. Quod si nec consilium, nec qui vobis consilium dat, vos ad iudicandum idoneos efficiunt, quid vobis opus est suffragiis: vel qui potius consilium vestrum suffragiis, & suffragia studio eorum, qui vobis consilium dant, non maximè repugnant? Nam consilium vestrum habetur, perinde quasi vos ad aliquid statuendum non sitis idonei, sed aliorum consilio egentis: suffragia verò perinde feruntur, ac si vos non modò non egentis consilio, sed etiam iudicare, & dare aliis consilium possitis. Deinde studium eorum, qui consilium dant, ad est quidem, tanquam id facere sciant: sed à vobis suffragia feruntur, tanquam nesciant. Verum si quis vos, qui suffragia fertis, & eum, qui vobis hęc de rebus, quas suffragio decernitis, consilium dederit, ita roget: an scitis id futurum, cuius causa facere ea cogitatis, quę decrevistis non credo vos diduros. Quid autem, si fuerit illud, cuius causa facere hæc cogitatis, nostis hoc vtile vobis fore? Neque vos hoc diduros, neque eum, qui vobis dat consilium, puto. Siquis præterea de vobis ita querat: an esse quęquam omnium mortalium existimatis, qui horum aliquid vnum sciat: Neque vos hoc concessuros arbitror. Quum igitur illa, quę in consultationem veniunt, sint eiusmodi, ut manifesta vobis esse non possint, quumque ij, qui suffragia ferunt, atque ij, qui consilium dant, sint imperiti, iure dicentis euenire, ut & nos non credamus, & ipsos sepe earum rerum pœniteat, de quibus consulant, & de

quibus suffragium ferant, quę præstantissimis viris accidere consentaneum nõ est. Illi enim scivnt, quæ illa sint illa, de quibus consilium dant: nec ignorant quidem ea, quorum causa consilium dant, his, qui ab ipsis persuasi sint, certa esse, futurumque, ut neque ipsos, neque eos, qui persuasi sint, vniquam poeniteat. His igitur ego de rebus existimabam dignum, eos, qui prudentes sint, consilium dant, non autem de his de quibus tu me dare consiliũ, iubes. Ex illorum enim consultatione felicitas, ex horum verò nugis infelicitas nascitur. Interfui fortè, quũ homo quidam amicum reprehenderet suum, propterea quod cuidam accusatori credebat, quum defensorẽ non dũ, sed accusatorem ipsum dũtaxat audisset. Dicebat itaque rem illum indignam, facere qui cõdemnaret hominem, cuius neq; ipse res præsens vidisset, neque ex amicis, qui vidissent, quibusque passeret de illo referentibus credere, audisset, quum ne audita quidem vtriusque causã, accusatori ita temere crederet: iustumque esse ab illo non minus defensorem, quam accusatorem audiri prius, quam absolueret, vel condemnaret. Nam qui possit aliquis vel causam bene, vel homines probè iudicare, nisi prius vtrunque ligatorem audierit? Collatas enim rationes, & causas veluti purpuram, & aurum longè potius id iudicari. Cur enim Legulator iustitiam vel tempus aduersariorum vtrique dari, vel iudicis iurare se æqualiter vtrunque partem audire, nisi iustus, & meliusque ad iudicibus causas hoc modo iudicari posse existimasset? Tu verò mihi videtur ne illud quidẽ, quod à multis dicitur, audisse. Quid nam? inquit. Nunquam decernas, audis nisi tu prius ambos. Hoc sanè quidem haud ita diuulgatum fuisse, nisi bene, atque, ut convenit, homines didi existimasset. Do tibi igitur, inquit, id consilij, ut tu nunquam posthac tam temere homines neque cõdemnes, neque absolvas. Alter igitur, absurdũ sibi videri, respondit, si quidem, vno loquente, cognosci non possit, vtrum vera, an falsa diceret, duobus verò, possit: atque si ab eo quidem, qui vera dicat, discernere homines non possent, ab eodem verò, atque altero simul, qui mentiantur, doceri possent: item si vnus quidem, qui rectè, veraque dicat, ostendere quę dicat, non possent: duo verò, quorum alter mentiantur, & nihil rectè dicat, id possent indicare, quod qui rectè dicat, non possent. Hic, inquit, heroe. Atque illud præterea quo tandem pacto declarabunt: vtrũ tacentes, an loquentes? Nam si tacentes ostendunt, neque alteri, neque vtrunque opus erit audire. Sin ambo loquentes ostendent, amboque confusè (volunt enim vtrũque separatim dicere) loquentur, quoniam modo fieri poterit, ut ambo simul rem manifestent? Nã si demonstrabunt ambo simul, dicentque tunc simul, nunquam hoc fieri sinent. Quare est reliquum (si quidem loquentes ostendent) ut dicens vterque demonstret: & quando dicet vterque, tunc & vterque commonstrabit. Quam obrem dicet hic quidem prius, sed ille posterior: & ostendent hic quidem prius, ille verò posterior. Proinde, si vicissim vterque idem monstrabit, quid oportebit præterea secũdũ audire? Ab eo enim, qui prius dixerit, iam res declarata fuerit. Accedit & illud, inquit. Si monstrabunt ambo, quo pacto non & eorum alter monstrabit? Ambo enim quemadmodum monstrabũt, quorum alter mōstrare non possit? Sin vterque indicabit, manifestũ est, eum, qui prius dicet, & prius indicaturum. Quapropter, qui illum solum audierit

qui

qui fieri poterit, ut rem non cognoscat: Hos igitur ego ad id, ad quod iudicabam, nec quid iudicaret, habebam. Alij quidem, qui præsertim erant, affirmabant, priorem vera dicere. Quæro igitur, si quid habes, quod hęc de rebus in medium proferas, vtrũ liceat, vno dicente, id cognoscere, quod dicat: an opus sit altero, qui respondeat, si futurum omnino sit, ut quis nosse possit, an rectè dicat: an potius necessarium non sit ambos audire: vel tu quid censēs? Paulò antè quidem alterum accusabat, quod argentum tibi neque cõmodare, neque credere voluisset. Atque ille quidem, qui accusabatur, se defendebat: alius verò quidam ex his, qui præsertim erant, accusatorem ita rogavit: Vtrum hic quidem, qui tibi nõ credidit, nec commodavit, erravit? Tu verò, qui nõ persuasisti, ut commodaret, nõ errasti? Quid enim, dixit ille, erravit? Vter, inquit, tibi videtur errare, qui sit ab his, quę pœtebat, an qui non sit reiectus? Qui sit reiectus, dixit. Dic sine igitur te quidẽ ab eo reiectũ esse, quò vti cupiebas: vnum verò, qui noluit impetire, ab eo nõ esse reiectum? Dico, respondit: sed quid ego erravi, si mihi ille non dedit? Si quidẽ, inquit, ab eo tu rogabas, quę minus oportebat, quid esse potest causę, cur te nõ putes errasse? Istumque qui non dedit, rectè fecisse? Sin, quę oportebat, pœtebas ab hisque tu reiectus es, qua ratione fieri potest, ut tu non vel necessariò aberraris? Fortasse, dixit, erravi: sed qui ille, qui mihi non credidit, non erravit? Nonne hoc, inquit, etiam dicit, te erratum non fuisse, si cum illo, ut convenit, versatus es? Dico. Nunc cum illo non, ut convenit, ver factus es. Videor, dixit. Si tibi igitur ille non, ut convenit, versanti, morem non gessit, quid est, quum ob rem iustè illum accusare possis? Non possum dicere. Neque quod malè ventibus commodandum non sit, potes dicere: Imò possum, dixit, & quidem facillè. Sed quid, inquit, non versantur, ut convenit, non male vti tibi videntur? Mihi quidem, dixit, videntur. Quid igitur erravit ille, si tibi malè ventis non commodavit? Nihil, respondit, videtur. Quare igitur homines hæc inter se criminantur: & his quidẽ, quibus ipsi non persuaserint, quia non paruerunt, irascuntur: se verò ipsi, quod non persuaserint, minimè accusant? Tunc alij, qui præsertim erat, Quis quis, inquit, aliquo bene vtatur, eique magno vti sit, vel ob id se postea dignum fore existimans, quo ille pariter vti debeat, nec tamen id consequatur, qui non iure is indignari possit? Is certe, inquit, quem putat ille similiter ipso vti debere, vel ipso vti bene potest, vel non potest. & si quidem non potest, quoniam via bene illum putat vsurum, qui non possit? Sin potest, cur homini tali non persuasit? vel potius quid affert potest, quam ob rem, qui talia dicit, dicere bene videantur? Sed hoc me hercule, inquit, vituperare oportet, ut is, aliquo amici, qui vituperantẽ audiant, ipso deinceps melius vtantur. Melius verò vti inquit, dignum esse nõne tibi hic rectè existimare videbatur? Videbantur, dixit. Quomodo igitur modo, qui audiant hominem hæc vituperantem, melius ventur? Nullo, dixit. Quare igitur hæc aliquid vituperat? Se invenire non posse respondit. Quidam arguebat hominis inficitiam, quod citò, & quibusvis hominibus aliqui dicentibus crederet. Cuius enim, & domesticis dicentibus credere æquum esse: his verò hominibus, quos neque nosset, neque prius vniquam audisset, si dem adhibere, præsertim quum sciret, plurimos ex

hominibus esse fallaces, & versutos, stultitiam signis non parum esse dicebat. At quidam ex his, qui aderant, dixit. Ego verò putabam te eum esse, qui ceteros multo plus faciendum esse eum, qui quidvis celeriter, quàm qui tardè perciperet. Etenim cecidit, inquit ille. Quid igitur accusas, si celeriter, & quibusvis vera dicentibus fidem habet? At hoc ait, ego non accuso, sed quod citò credit falsa dicentibus. Sed si longo post tempore, & non quibusvis credidisset, ostendissetque, non illum magis accusasset? Proflus, inquit. An propterea quod tardè, nec quibusvis credidisset? Haud sanè, inquit. Non enim puto, inquit ille, adduci te posse, ut ex illis hominibus dignũ esse, qui propter hoc accusetur: sed quibusvis res incredibiles dicunt, credat. Ita sanè, inquit. An igitur arbitraris illum quidem indignũ, qui accusetur, quum tardè, nec quibusvis credidisset, dignum verò, quum citò, & quibuslibet credidisset? Non ego, inquit. Quid igitur illi accusas? Quod errat, prius, quam rem perdat, celeriter, & quibuslibet credens. Sed si tardè credidisset prius, quam consideraret, non errasset? Sine dubio, inquit. Quia ita nihilominus errasset. Verum ego non quibuslibet reor esse credendum. Si tu non quibuslibet putas credi oportere, ignotis vt convenit celeriter fidem adhiberes? Nonne prius arbitraris considerandum esse, an vera dicant? Arbitror equidem dixisse. Sed si domesticis sint, & familiares, non oportet examinare, an vera dicant? Ego equidem, inquit, dicentem oportere. Fortasse enim & horum alij dicunt incredibilia. Et valde quidem, inquit. Cur igitur magis æquum sit domesticis, & familiaribus, quàm quibuslibet credere? Non possum, inquit dicere. Quid? si magis domesticis, quàm quibusvis esse credendum, nõne ipsos fide minus indignos, quàm quibuslibet oportet iudicare? Quidam inquit. Si igitur his quidem sint domesticis, illis verò ignotis, qui fiet, vt non oportet, eosdem iisdem magis fide dignos existimare? Aequaliter enim, eadẽque fide dignos esse domesticos & ignotos tibi non placet affirmare. Mihi verò, inquit, non placet. Quare verò similiter eodem modo ab iisdem dicuntur, si quidem credentis, illi verò minimè credibilia arbitrantur, & neutri errant? Absurdum esset & hoc, inquit. Deinde si eadem dicunt domesticis, & quibuslibet, quo pacto, que dicuntur, non sint credibilia similiter, vel incredibilia similiter? Necessè est, inquit. Dicentibus igitur eadem pariter credendum est, quum dicant eadem, Probabile est, inquit. Hęc igitur illi dum dicerent, dubitabam ego, nec constitutere poteram, quibus credere, & quibus non credere oporteret: atque vtrum fide dignis, hisque, qui sciunt, ea, de quibus dicerent, an domesticis, & notis credendum esset. Tu verò

hęc de rebus quid censēs?

DE DELIBERANDO.

1111.

Socrates, & Sisyphus.



OS vero SISYPHUS, heri te se longo spatio ad Stratonicum ostentationem expectauimus, ut nobiscum virum sapientem res multas, & pulchras, verboque, & opere ostentantem audires: & postquam arbitrati sumus te amplius non esse venturum, ipsi virum audiuimus. SISYPHVS. Adeste mehercule non potui. Nam mihi negotium quoddam fuit magis quidem necessarium, quam ut id negligere possem. Magistratus enim nostri consultabant heri, propterea que me sibi autorem esse coegerunt. Nobis autem Pharsalicis lex est, que iubet magistratibus parere, si quem velint ipsi sibi consilium dare. SOCRATES. At honestum est cum legi parere, tum vero in primis a ciuibus suis bonum consilium existimari, quemadmodum & tu vnus es Pharsalicis existimatus fuisti. Sed o Sisyphus, ego enim apud te orationem de bene deliberando habere non possem, mecum reputans ad id multo otio, & longa oratione opus esse: quid Deliberare sit, tecum velim querere. Porcine igitur mihi, ipsum Deliberare, no dico, vel bene, vel male, vel honeste, sed ipsum tantummodo Deliberare quid sit, dicere? an tu potius, qui tam bonus consiliarius sis, id perfacile potes, nulloq; negotio facere vsque adeo, ut ego nimis curiosus agam, qui hac de re te rogem? SIS. An deliberare quid sit, est tibi ignotum? SOCRATES. Mihi quidem Sisyphus, si quid aliud est, quam quod is, qui nesciat ea, quorum aliquod facere oporteat, proponit, quasi vaticinans, & improprio, temereq; pronuntians, atque adeo, quicquid ad dicendum occurrit, ad ipsum non aliter accommodans, quam qui Pat impar ludunt, qui, quum nesciant pariane sint, an imparia, que manibus comprimuntur, fortuito tamen enunciant, atque de his vera dicunt. Sic igitur Deliberare sepe id esse videtur, quod is, qui nihil eorum sciat, de quibus aliquis deliberet, casu dicit, sed assequitur tamen, ut vera proferat. Si quidem igitur, huiusmodi est, intelligo iam, deliberare quid sit: sin huiusmodi non est, haud equidem scio, quid sit. SISYPHVS. Non est id profecto, quod in medium afferatis, qui sciat profusus nihil: sed id, quod referatis, qui rei partem iam tum sciat, partem vero nondum scire potuerit. SOCRATES. An tu per Deos immortales deliberare tale equipiam esse dicis, quale sit, si quis (videor enim & ipse mihi quasi vaticinari, que tua sit de Deliberando sententia) querat, detque operam, ut inueniat, que sibi optima sint factu, nec tamen adhuc manifeste sciat, sed id totum alteri inesse cogitet? nonne tu sic dicis? SIS. Dico equidem. SOCRATES. Vtra querunt homines, que sciunt, an que nesciunt? SIS. Vtraque. SOCRATES. An igitur & hoc ita dicis, homines querere vtraque, & que sciunt, & que nesciunt, simile esse, ac si quis, qui Callistratum cognoscat, sciatque, qui sit Callistratus, nesciat tamen, vbi sit, querat non ille quidem ut inueniat, qui sit Callistratus? Itane vero dicis esse, querere vtraque? SIS. Dico. SOCRATES. Illud igitur quidem certe non querit, ut Callistratum cogno-

scat, qui iam pridem illum cognouit. SIS. Non certe. SOCRATES. Sed vbi sit ille, querit? SIS. Mihi quidem videtur. SOCRATES. Quin hoc ne quaesisset quidem, ut, vbi esset ille, inueniret, si prius scisset, sed ita inuenisset. SIS. Sane. SOCRATES. Hec ergo, que sciunt, non querunt homines, sed illa, que nesciunt, vtrapparet. Quod si tibi Sisyphus ratio hoc legitiosa videtur esse, nec proposita rei, sed disputationis causa dici, debes considerare, an ea tibi ita, ut nunc dicitur, habere videatur. An nescis hoc in Geometria fieri solere, ut Geometra Lincam, que disputationis dicitur, ignorent, non illi quidem, vtrum disputationis sit necne (neq; enim hoc ab illis queritur) sed quam longa sit, & quam proportionem habeat cum lateribus arearum, quas fecerit nonne hoc est, quod de illa queritur? SIS. Mihi sane quidem videtur. SOCRATES. Et quod ignoratur, nonne? SIS. Profusus. SOCRATES. Quid? quadrati illius, quod vocat appellatur, duplum non nosti ob id? Geometris querit ut verum sit ratione inueniri possit: ab iisdem vero minime queri, cubus sit necne, quod id certo sciunt? SIS. Noui. SOCRATES. Non nosti quoque de aere Anaxagoram, Empedocleum, & alios omnes, qui subtilia sunt scrutati, quaesisse, vtrum sit is, infinitus, an finem habeat? SIS. V. Noui hoc quoque. SOCRATES. Sed illud non quererebant illi, vtrum aer esset necne. SIS. Non certe. SOCRATES. Immo igitur mihi concederes, cetera omnia ita habere, vt nullus hominum sit, que sciat, querere: sed ea potius, que nesciat? SIS. Concederem sane. SOCRATES. At Deliberare nobis nonne simile videbatur esse, ac si quis querat, detq; operam, ut inueniat optima ex his, que facere sibi commodam putet? SIS. Videbatur. SOCRATES. Derebus vero querere idem erat, quod Deliberare, nonne? SIS. Erat profecto. SOCRATES. Nobis igitur iam nunc considerandum est, quid esse querentibus impedimento possit ad ea, de quibus querunt inuenienda. SIS. Ita quidem mihi faciendum videtur. SOCRATES. An igitur quippiam nos aliud, quam incertiam impedimento esse dicemus? Summo itaque studio nos, omni rudente explicato, & omni vce (quod dicitur) missa, consideremus: atque hoc in primis tu nunc iam mecum expende. An censeri fieri posse, ut is homo de musica deliberet, qui Musica sit imperitus, neq; sciat, quo pacto sibi vel citharam canendum sit, vel aliud quippiam, quod ad Musicam pertinet, faciendum? SIS. Haud equidem censo. SOCRATES. Quid de re militari, vel nautica dicis? Tu ne existimas eum, qui harum neutra norit, posse de liberare, vtrum sibi de duobus sit faciendum, militine regendi sint, an gubernanda nauis, quum neq; milites regere, neque nauem gubernare sciat? SIS. Minime. SOCRATES. An & de aliis omnibus idem iudicas, vt que quis nescit, nunquam profusus intelligat, neque fieri vnquam possit, ut, que quis nescit, de his deliberet? SIS. Ego quidem iudico. SOCRATES. At querere de his, que quis nesciat, diximus, nonne? SIS. Diximus sane. SOCRATES. Querere quidem non est amplius idem, quod Deliberare. SIS. Quis? SOCRATES. Quod Querere quidem in his est rebus, quas aliquis nesciat: Deliberare vero non videtur homini circa illa esse posse, que quis nesciat: nonne ita dictum est? SIS. Dictum sane. SOCRATES. Vos igitur heri querere quis quidem, ut inueniretis, que Reip. essent optima, sed ea ipsa nesciebatis. Nam si vos scissetis, eadem non quaesissetis amplius, quemadmodum eorum, qui esse scimus, nihil querimus: nonne ita est? SIS. Ita est.

500

SOCRATES. Vtrum igitur tibi Sisyphus faciendum videtur, si quis nesciat, querendum, an discendum? SIS. Discendum mehercule. SOCRATES. Recte quidem tibi videtur. Sed vtrum tibi propter hoc discendum potius, quam querendum videtur, quod citius, faciliusque inuenire aliquis possit, si ab his, qui sciunt, discat, quam si ipse imperitus querat: an propter aliud? SIS. Non, sed propter hoc. SOCRATES. Cur igitur vos heri, tunc, & vrbis principes non, spreto consilio deliberandi de his, que nesciebatis, & querendi, que Reip. essent optima factu, ab aliquo eorum, qui sciunt, discere, quam vos ratione, que Reipublice essent optima facere possitis: sed (vt mihi quidem videtur) totum diem hesternum commiserantes, & de his, que nesciebatis, ariolantes, neglecto profuso discendi studio, sedebatis? Hec tu fortasse dicis: a me tibi disputationis solum causa ioco dicta fuisse, non serio demonstrata: sed tu illud, quod Sisyphus, nunc diligenter attende: Si concedatur, Deliberare quiddam esse, nec verum illud esse, quod nunc dicimus, ipsum nihil aliud esse videri, quam scientiam, coniecturam, & commetum, quomnis nomen grauius, sed id tantum, nec aliud quicquam praeterea vsurparit: an putas homines in bene deliberando, seque bonos consiliarios exhibendo alios ab aliis aliud differre, vt in aliis discipulis omnibus alij ab aliis differunt, Fabria Fabricis, Medicia Medicis, Tibicinisq; Tibicinibus, atque alij omnes artifices ipsi inter se sunt dissimiles: vt, inquam, idem in iisdem artibus differunt, an tu & in deliberando putas aliquid alios ab aliis differre? SIS. Ego vero puto. SOCRATES. Dic mihi, non omnes, qui que bene, qui que male deliberant, de futuris deliberant? SIS. Maxime. SOCRATES. Quid hic aliud dicamus, quam futura nondum esse? SIS. Nihil aliud. SOCRATES. Nam si essent, non amplius essent futura, sed iam essent: nonne? SIS. Na. SOCRATES. Si igitur nullo pacto sunt, eadem ratione neque facta sunt, quum non existant. SIS. Non hercle. SOCRATES. Si ergo nondum facta sunt, nullam adhuc naturam, que propria iporum sit, habent. SISYPHVS. Nullam profusus. SOCRATES. Nonne igitur omnes bene, vel male deliberantes, de rebus deliberant, que neque sunt, neque fuerint, neque naturam vllam habeant, quando de futuris deliberant? SIS. Videtur quidem. SOCRATES. Videturne igitur fieri posse, vt aliquis id, quod nulloquam sit, vel bene, vel male conseqatur? SIS. Quam ratione hoc dicis? SOCRATES. Ego tibi exponam quod volo dicere, tu diligentiam adhibe. Ex multis sagittariis quo pacto cognoscas, quis sit peritus, quisve contra imperitus? Atque hoc quidem haud difficile cognitu videtur esse. Fortasse enim iubeas illos sagittis petere: nonne? SISYPHVS. Sane quidem. SOCRATES. Tu quidem igitur eum, qui sapius ita sagittas mittat, vt recte collineat, victore decernas. SIS. Decernam profecto. SOCRATES. Verum, si nullo modo nescis, quis sagittas dirigant, sed vnusquisque, quo velit, iaciat, quomam tu modo possis cognoscere, qui bene, vel male iaculetur? SIS. Nullo. SOCRATES. Ita quoque deliberantes vel bene, vel male, si nesciant, do quo deliberent, discernere nescies. SIS. Verum. SOCRATES. Verum certe nam si de rebus futuris deliberant deliberantes, nonne de his que non sunt, deliberant? SIS. Profusus. SOCRATES. At fieri non potest, vt aliquis id, quod nulloquam sit, assequatur. Nam qua ratione tibi aliquis, quod nulloquam sit consequi posse videtur? SIS. Nulla. SOCRATES. Postquam igitur

tur fieri non potest, vt quis, quod non sit, assequatur, nullus erit amplius, qui de his, que non sunt, deliberet: Fortuna enim in his, que non sunt, numeratur: nonne ita res habet? SIS. Mihi quidem videtur habere. SOCRATES. Nullus itaque, qui futura non conseqatur, potest esse neque bonus, neque malus consiliarius. SIS. Non videtur. SOCRATES. Quin neque alius alio melior consiliarius, neque peior esse poterit, nisi vel felicius id, quod non est, assequatur, vel ab eo infelicius aberrerit. SIS. Non poterit, SOCRATES. Ad quod igitur respiciunt homines, quum quosdam homines bonos, & malos consiliarios vocant? An hoc tibi Sisyphus dignum videtur esse, de quo etiam atque etiam cogitemus?

ERYXIAS,

VEL,

DE DIVITIIS,

ALITER,

Erasistratus, Socrates.



VVM forte ego, & Eryxias Strixus in porticu Iouis Liberitoris deambulamus, ad nos Critias, & Erasistratus Pheacus Erasistrati fratris filius venerunt: quorum Erasistratus, qui tunc recens ex Sicilia, quae locis erat, propius accedens, dixit, Salue, o Socrates. Er tu, inquam ego, salue: eequid noui nobis ex Sicilia, inquit, habes pulchra aliquid, quod nobis referas? Maxime: sed vultus, inquit, sedeamus: Adhuc enim sum de via seissus, heri Megara profectus. Ita fiat, si videtur. Quid igitur, inquit, primum ex his, que illic sunt, vultis audire? vtrum que Siculi exerceant quo pacto illi erga Remp. nostram sint affecti? Nam mihi illi erga nos non aliter esse affecti videntur, quam sint vespere: que si leuiter irritat, proouocent, sunt inuidia, donec eas aliquis aggressus funditus extinguat. Sic igitur & Syracusani sunt affecti. Nisi enim aliquis bellum & quidem ingens gesturus, eo cum maxima classe fuerit profectus, nunquam ciuitas illa in nostram ditionem, ac potestatem est ventura: sed potius paruis hisce illisbus irritabitur ita: vt nobis quam molestissima sit futura. Nunc vero illi ad nos legati miserunt, eo quidem (vt mihi videtur) consilio, vt nostram ciuitatem decipiant. Interca, dum nos ita colloqueremur, ipsi Syracusanorum legati casu aduenerunt. Quare nobis Erasistratus vnum illorum ostendens, dixit, ille, o Socrates, Siculorum omnium, & Italarum est ditissimus. Qui vero, inquit, non sit is ditissimus, cui sit ager ita larus, vt dare facultatem possit, si quis agriculturam longe, lateque velit exercere: si que larus, qualis alius in tota Graecia non ita facile reperiri possit: cuique alia, quae ad diuitias pertinent, sint separatum, mancipia, equi, aurum, & argentum? Hunc ego videns eo addidit vniam esse, vt plura de hominis opibus diciturus videretur, ita rogauit, ipsi Erasistrate: Homo ille quibus tandem esse, in Sicilia videtur? Siculorum, inquit, omnium, & Italarum tanto nequissimus videtur esse, & est, quantum est & ditissimus: vque adeo, vt si que Siculorum quos, quemnam nequissimum, & ditissimum

11

Prodicus in adolescentem est inuectus, ut illum vl-
cificeretur, eadem, quæ tu nunc demonstrans, atque
agere ferens, vanum videri, quod dixerat Dii sup-
plicandum esse. Atque interea gymnasio præfectus
accedens, è gymnasio illum abire iussit, tanquam
ea, quæ non essent adolescentibus commoda, & si
non commoda, incommoda videlicet, disputaret.
Hæc iam tibi ea causâ percurri, vt cognoscas quem-
admodû homines erga Philosophiam sint anima-
ti siquidem Prodicus hæc dicens, his, qui adertant,
ita vilis est insanire, vt ex gymnasio sit eiec-
tus. Tu verò contrâ nunc ita bene videris disputare, vt non
solum his, qui presentes sunt, persuadeas, sed aduer-
sarium etiam tuum inducas, vt tecum sentiat. Vt in
foro, si duo homines eadem de re testimonium di-
cant, quorum alter honestus, & probus, alter verò
improbus esse videatur, haud sanè quidem iudices
testimonio improbi moueantur, sed quiduis potius
& contrarium faciant: quòd si is qui honestus,
& probus videtur, hæc dicat, esse etiam verissima
credant. Eo igitur fortasse modo, qui presentes fue-
runt, erga te & Prodicum sunt affecti: atque illum
quidem sophisten, & nimium sibi arrogantem, te
verò politicon, & virum magni faciendum exilti-
marunt. Vnde postea putant, non qualis sit orator,
sed quales sint, qui eam dicunt, spectari oportere.
Et si, inquit Erasistratus, cauillaris, ô Socrates, mi-
hi tamen Critias aliquid dicere videtur. Haud me-
hercle, inquam ego, cauillor. Sed cur vos vsque ad
hæc bene, & pulchè disserendo peruenistis, & reli-
qua sermonis non perfectissis? Nam mihi videtur
aliquid vobis adhuc superesse considerandum. Polli-
quam enim concessum est, diuitias acquirere qui-
busdam bonum esse, quibusdam verò malum, reli-
quum est, vt quid ipsum sit, consideretur. Nisi enim
hoc primum noueritis, nunquam de eo, vtrum ma-
lum sit, an bonum, consentire poteritis. Ego verò,
quantum quidem possum, paratus sum rem vobiscum
simul expendere. Quamobrem dicat is nobis,
qui diuitias acquirere esse bonum existimat, quo-
modo id ipsum habeat. At ego, inquit, ô Socrates,
hæc de re nihil inaudidum, nihil ceteris hominibus
nouum proferam. Pecunias enim multas possidere,
hoc esse diuitias acquirere, atque ad eò diuitem esse
dico: nec puto Critiam cum esse, qui diuitias acquirere
aliud esse arbitretur. Ex hac quidem ratione, in
quam ego, restat adhuc, vt animaduertatur, quales
sint pecuniarum, ne paulo post iterum hæc de re dissen-
tiantis. Nam vobis quam primum diuerse videbun-
tur, quam nummo huiusmodi Carthaginenses vrâ-
tur. In pellicula nescio quid est ligatum, idque ran-
tum, quanta est vel maximæ stateris amplitudo: id
verò, quod illigatum est, nemo præter eos, qui fa-
ciunt, nouit ep deinde ita septo vtuntur: & qui plu-
rimos ex his nummos habeat, hic plurimas etiâ pecu-
nias habere, & esse ditissimus videtur. Sed si quis
apud nos plurimos huiusmodi nummos possideat,
nihil magis sit diues, quam si multos calculos ex
his, qui sunt in montibus, habeat. Lacedæmonij ve-
rò nummo ex eo ferro, quod inutile sit, vtuntur: &
qui magnum pondus huiusmodi ferri possideat, is
esse diues videtur, quæ res alibi nullus sit pretij. In
Æthiopia autem lapidibus insculptis vtuntur, qui-
bus nulla in re vir Laconicus vti posset. Verum apud
Seythas, qui Nomades dicuntur, si quis Poly-
tionis habeat domum, nihil ditior esse videatur,
quam si apud nos Lycættum possideat. Hinc pla-

Diuitias
acquirere
reputat.

num sit, horum singula inter opes non esse nume-
randa, siquidem constat quoddam ex his, qui possi-
deant, nihil propter hoc ditiores esse. Verum, in-
quam, horum singula quibusdam quidem sunt pecu-
niarum, & is, qui hæc tenent, diuites: quibusdam ve-
rò neque pecuniarum, neque is, qui possident, propter
hoc ditiores: vt neque honesta, neque turpia sunt om-
nibus eadem, sed alia alia. Quòd si velimus inqu-
rere, quid sit tandem, quamobrem Seythas domus,
quæ nobis pretiosæ sunt, inter diuitias non censetur,
& nobis ceterâ vilis æstimetur vel pelles, quæ
Carthaginensibus sunt pecuniarum, vel ferrû, quo pro
nummo Lacedæmonij vtuntur, nonne ita facile, &
statim inuenire possimus? Si quis Athenis eorum
lapidum, qui sunt in foro, quibusq; nullam ad rem
vtimur, mille pondo possideat, an is propter hoc re
vlla ditior esse censetur? non mihi quidem vide-
tur. Sed si lapidis Lychnitæ mille pondo habere,
cum vel ditissimum esse diceremus. Profusus. Propter
hoc vtique, inquam, quòd luc vtilis, illi verò no-
bis inutilis sint. Sanè. Nam Seythas quocumq; ob id
domus inter opes non habentur, quòd nulla illis in
domo sit vtilitas. Nec sanè quidem vir Seytha pla-
tris domum pulcherrimam, quam vellem ex capris
pellibus, quæ *capra* dicitur, æstimaret: quippe
quòd in hac sibi multum, in illa nihil vtilitatis in-
desperat. Nec nos quidem Carthaginensem num-
mum in pecuniis reponimus. Neque enim nos illo,
vt argento, ea, quibus indigemus, importare, aut ex-
portare possumus. Quare nobis inutilis sit, necesse
est. Simile vero. Res quidem igitur, quæcunque no-
bis vsui sunt, pecuniarum sunt dicende, ad vsus vite ne-
cessarios comparate: quæcunque verò contra vsui
non sunt, haud sanè pecuniarum sunt vocandæ. Qui fi-
ri hoc potest, ô Socrates? inquit Eryxias expiciens:
Nōne interdum nos disputatione, & ostensione,
multaque aliis huiusmodi rebus inter nos vtimus?
an hæc quoq; (nam manifestò vsui esse videtur) sunt
nobis pecuniarum? Neque igitur, inquam, hæc ratione
nobis declaratum est, quæ proprie sint pecuniarum.
Quòd enim necesse sit, eas vsui esse, si future sint pecu-
niarum, hoc ex omnibus propemodû concessum dicit
quæ res ex his rebus, quibus vtimus, pecuniarum sint,
quando nō sunt omnes, nō dum satis dictum. Quare
age iam id primû videamus. An igitur facilius in-
ueniri poterit, quod quarimus, si rursus ita perse-
quamur, perquiramusq; quid sit illud, ad quod pecu-
nias vtimus, & ad quid inuenta sit pecuniarum pos-
sessio, vt Medicinæ ad morbos depellendos inuen-
ta? Sic enim fortasse nobis res facilius manifesta
siet. Postquàm igitur appareat necessarium esse, res
quidē omnes, quæ pecuniarum sint, eas etiam vsui esse:
returum verò, quæ vsui sunt, genus esse quoddam res
eas, quas pecunias appellamus: videtur reliquū esse,
vt perspicuam, quānam potissimum in re vsui
sunt pecuniarum. Omnes enim res, quibus ad aliquid
opus vtimus, æque vsui vsui, vt omnia, quæ habent
animam, sunt animalia, sed animalium quoddam
genus hominem vocamus. Si quis iam nos roget,
quānam res nobis remota, neque Medicinæ, ne-
que illius instrumentis indigemus: possumus di-
cere, si morbi è corporibus remouerentur, & nun-
quam gignerentur omnino: vel si gignerentur qui-
dem, sed statim tamen abirent. Est enim Medicinæ,
vt videtur, scientia, quæ nobis ad depellendos mor-
bos est vsui. Sin iterum nos roget. Quare nobis
ablata, pecuniis non egeremus, an possumus dice-

re? Quòd si dicere non possumus, rursus ita consi-
deremus: Age, si possit homo sine cibo, & potu
ita viuere, vt nunquam clariat, neque sitiat, inter-
dum ne vel his ipsis, vel argento, vel alia quapiam
re indigeat, vt eos sibi comparet? Haud mihi sanè
videtur. Idem igitur, inquam, & in aliis rebus fiet,
si ad corporis curam his rebus non egeremus,
quibus nunc egentes sumus, & calore & frigore
interdum, aliisque rebus, quibus corpus, quum gi-
gnatur egens, egeat necesse est. Nam quæ vocan-
tur pecuniarum, non essent nobis vsui, si profusus ho-
mo nullius earum rerum indigeret, quarum causa
pecunias habere cupimus, vt corporis cupiditati-
bus, & necessitatibus ea, quorum frequenter indi-
gemus, suppeditare possumus. Sin eger homo, his
vtique pecuniarum possessio est vsui ad corporis
curam, qui sunt egentes. Verum si hoc è medio, vt
dicimus, pelleretur, pecuniis non egeremus, atque
etiam fortasse non essent omnino pecuniarum. Appa-
ret. Apparet quoque, vt videtur, res, quæ ad idem
negotium sint vtilis, eas nobis pecunias esse. At hæc
illum ratiuncula vehementer perturbauit. Quare
ego: Quid? num dicere possumus, fieri posse, vt
eadem res ad eandem actionem vtilis modo, modo
sit inutilis? Non ego, inquit, dicerem: sed si rei ali-
cuius ad eandem actionem indigemus, ea mihi vti-
lis videtur: si verò non indigemus, inutilis. Si qui-
dem igitur, inquam, sine igne possemus æneam sta-
tuam facere, nihil ignis ad eam faciendam indige-
remus: & si nihil indigemus, neque is esset vtilis:
atque eadem ratio de aliis quoque rebus dici po-
test. Constat. Nihil igitur eorum sine quibus ali-
quid fieri potest, ad id vtile esse nobis videtur. Ni-
hil. Si nos igitur sine argento, & auro, aliisque hu-
iusmodi rebus, quibus ipsis ad corporis curam non
ita, vt cibo, potu, vestibus, stragulis, & domibus
vtimus, possemus corporis cupiditates, & neces-
sitates ita se dare, vt nullius rei amplius indigerent,
neque argentum nobis, neque aurum, neque alia
res huiusmodi, quod ad hoc pertinet, pecuniarum vi-
derentur, si quidem hoc sine his fieri posset. Non
viderentur. Hæc vtique, inquam, si non sint vsui,
pecuniis nobis videri non possunt: sed illa pecuniarum
sint necesse est, quibus ea, quæ sunt vsui, possumus
comparare. Nunquam, inquit, ô Socrates, adduci
possem, vt crederem, aurum, & argentum, atque
alia id genus nobis pecunias non esse: illud quidem
certè valde persuasum habeo, quæ nobis inutilia
sint, ea nec pecunias: contraque, quæ sint vtilia, in
his pecuniis, quæ maximè profunt, numerari oportere:
at hoc mihi nunquam patiar persuaderi, hæc,
quæ modo diximus, non esse ad vitæ vsus nobis vti-
lia, si quidem his ea, quæ sunt ad viuendum ne-
cessaria, comparamus. Age iam, quid hisce de rebus
dicemus? Suntne homines, qui Musicam vel lita-
ras doceant, vt aliam quampiam scientiam tra-
dant, quique ex his rebus mercedem exigentes, si-
bi ea, quæ sunt ad vitam necessaria, parent? Sunt.
Nōne homines ipsi scientia sibi res necessarias com-
parant, his illam similitèr, atque nos aurum, & ar-
gentum, permittentes? Ita censo. Si quidem igitur
hoc ipso ea sibi parant, quibus ad vitam vtuntur,
& hoc ipsum ad vitam vtile sit, necesse est. Nam &
argentum ea causa esse vtile diximus, quòd eo res
ad vitam necessaria comparare possumus. Dixi-
mus. Quandoquidem igitur scientiæ ipse vtilis
nobis ad hoc videtur, quòd propter eandem cau-

fam, propter quam aurum, & argentum, pecuniarum
sint, manifestum est, qui eas teneant, eos quoque
ditiores esse: et si paulo antè eos ditissimos esse non
ita facile permittebamus. Quin ex eo, quòd nunc
concessum est, necesse est sequi, vt, qui scientia ma-
gis sit præditi, interdum quoque sint ditiores. Nā
si quis nos roget, an culibet homini equum esse vi-
tilem putemus? Tūne id, an hoc potius dicas, his
quidem, qui sciunt, quo pacto equo vti oporteat,
vtilem esse, his verò, qui nesciant, inutilem? Hoc
dicam. Eadem quoque, inquam, ratione dicas, Me-
dicinam non culibet homini, sed illi vtilem esse
qui norit quo modo ea vti oporteat. Dicam. Nōne
idem quoque de rebus aliis & quidem omnibus
dicendum videtur? Verum. Aurum, & argentum,
atque alia, quæ pecuniarum videntur esse, nōne illi so-
li sunt vtilia, qui sciunt, vt his sit vtendum? Sint. At
paulo antè nōne viri honesti, vt boni esse videba-
tur, cognoscere, vbi, & quo pacto horum singulis
sit vtendum? Videatur. Honestis igitur viris, &
bonis atque ad eò his solis hæc vtilia sint necesse est,
si quidem profusus his scienter vtendum est. Quòd
si his solis vtilia sunt, his quoque solis esse pecuniarum
videntur, oportet: Idcirco, vt videtur, eum, qui
sit artis equitandi imperitus, sed possideat equos
ob id sibi inutile, si quis ipsum eius artis peritum
faciat, faciat quoque simul & ditiorum: si quidem
ea, quæ prius erant inutilia, ipsi vtilia fuerunt. Scien-
tiam enim aliam homini tradens, ipsum simul
& diuitem facit. Videor mihi tamen iurare posse,
Critia nullo pacto adduci, vt rationes hæc ve-
ras esse credat. Iures inquit, licet: nam infamiter
profusus, si vera hæc esse crederem. Sed tu quam ob
rem rationem illam non absoluti aurum & argen-
tum, atque alia id genus, quamuis videantur, pecu-
nias tamen non esse, vt ego sermones hocce au-
diens, & quos tu nunc percurris multò magis ad-
mirer? Dixi igitur ego. Videns mihi Critia, me au-
diens non secus, quam quum recitatoris, qui ver-
sus Homeri canunt, audis, gaudio affici, quando
nulla tibi horum rationum videtur esse vera. Age
tamen, talia, aurum dico, & argentum, & reliqua
consideremus. Hæc ne tu architectis vtilia esse ad
ædificandum domum dicere? Dicerem profecto.
Vtrum igitur hæc dicemus vtilia esse, quibus illi ad
domus ædificationem vtuntur, lapides, lateres, li-
gna, & si quid aliud est huiusmodi: an instrumen-
ta etiam, quibus illi domum ædificant, quibusque
hæc, ligna, lapides & horum præterea instrumenta
parent? Hæc quidem, inquit, omnia mihi ad illa vi-
dentur esse vtilia. Nōne igitur inquam ego, & in
aliis artificis vtilia sunt non solum hæc, quibus ad
vnum quodque opus vtuntur, sed illa etiam, quibus
hæc comparamus, & sine quibus hæc fieri non pos-
sunt? Sunt sanè quidem. Nōne rursus illa quoque,
quibus hæc, & si quid superius est, & quibus præ-
terea illa, & multò etiam superiora paramus: vt hæc
omnia in infinitum quandam numerum cadentia,
ad ipsorum artificum vtilia videri necesse sit? Ni-
hil inquit, & hæc ita habere prohibet. Quid? Si ho-
mini ad sibi cibum, potum, vestes, & alia, quibus ad cor-
pus vtatur, an indigeat auris, vel argento, vel alio al-
liquo ex his, quibus illa, quæ iam illi ad vitam accu-
runtur? Mihi quidem non videtur. Iam quoniam nobis
hominem interdum nullo ex his ad corporis
necessitatem indigere? Constat. Si quidem igitur
hæc inutilia ad idem opus appareant, nōne sit ne-
cessè

esse contra nunquam vitia videri? Est enim suppositum, fieri non posse, ut eadem ad idem opus modo vitia, modo sint inutilia. Atqui, inquit, hæc tibi, & mihi constituta ratio, si quidem eadem ad idem aliquando sint vitia, nunquam contra accidere posse, ut sint inutilia. nunc autem præterea aliquas malorum rerum actiones, aliquas verò bonarum esse dicerem. An igitur fieri potest, ut res mala ad aliquid rei bonæ actionem sit vitis? Fieri non potest, ut mihi videatur. Res verò bonas nonne hæc dicimus esse, quas homo per virtutem facit? Dicimus. An fieri potest, ut homo discat aliquid horum quæ sermone traduntur, si profus auditu, vel alio quopiam sensu sit priuatus? Haud hercle mihi videtur. Nonne igitur apparet auditum nobis ad virtutem vtilem esse, siquidem virtus auditu acquiritur, eoque nos ad disciplinas utimur? Apparet. Si Medicina potest agrotum morbo liberare, an interdum nobis & Medicina vitis ad virtutem videatur, si quidem auditu sepe per Medicinam recuperatur? Nihil prohibet. An præterea, si & Medicinam pecuniis acquiramus, nobis & pecuniæ vitæ ad virtutem videantur? Videantur. An idem quoque de eo dicendum est, quo pecuniis acquirimus? De omnibus his idem est profus dicendum. An igitur homo tibi videtur ex rebus malisque, & turpibus argentum sibi comparare, quo Medicinæ scientiam adipsæ acquirat, quæque possit, quam prius non possit, audire: illo verò ipso ad virtutem, vel ad alia quædam huiusmodi uti posse? Mihi sanè quidem videtur. Non igitur res mala ad virtutem sit vitis? Non sit. Quod utique necesse non sit ea, per quæ vitia ad singula acquirimus, & ipsa ad illa eadem vitia esse. Res enim malæ interdum ad aliquid boni sit vitæ esse videntur. Sed in hoc etiam magis deprehenditur. Nam si hæc ad singula vitia sunt, sine quibus illa non fiunt, nisi prius hæc adfint, age, vide, quid huiusmodi de rebus dicas. An fieri possit, ut inscientia ad scientiam sit vitis, vel morbus ad sanitatem, vel vitiositas ad virtutem? Haud equidem dicam. At hoc tamen nos affirmamus, illi scientiam inesse non posse, cui prius inscientia non affuerit: nec sanitatem cui morbus: neque virtutem, cui vitiositas. Ita est, inquit, ut mihi videatur. Nonne sequi necessarium videtur, ut ea, sine quibus aliquid fieri non possit, & ipsa ad id vitia sint? Nobis enim inscientia ad scientiam, & morbus ad sanitatem & vitiositas ad virtutem vitis ita videri possit. His ille rationibus nullam profus fidem habebat, si non hæc omnia vitia essent. Verum ego cognoscens ei persuadere idem esse, ac lapidem, quod dicitur, elixare, sed hocce, inquam, sermones mittamus, postquam nec consentire, nec affirmare possumus, vitia hæc vitia, & pecuniæ sint necesse. De illo verò quid dicemus? Vtrum feliciorum, & potentiorum existimamus hominem esse, si quam plurimis ad vitium, & vitium rebus necessariis, an si quam minimis, & quam paucissimis indigeat? Hoc verò fortasse sic optime spectari possit: si quis hominem in ipso homine contemplans, considerat, uter status sit potior, quando is ægrotat, an quando valet. Ad hoc, inquit, multa contemplatione non eget. Fortasse enim, inquam ego, quiuis homo id, quod in promptu est, intelligat, hominis valentis statum longè meliorem esse, quam ægrotantis. Sed vtrum pluribus, & magis variis rebus egemus, quando ægrotamus, an quando valeamus? Quando nos ipsi nobis

ipsis peius sumus affecti, nonne tunc in nobis cupiditates, & indigentia, quod ad corporis voluptates attinet, & vehementiores sunt, & plures? Sunt. Idem quoque, si duo sint, est dicendum. Ut enim homo vnus ipse se ipso tunc melius habere videtur, quando minimis rebus indiget: sic quoque fiet, si duo sint homines, atque hic quidem pauca, nec vehementer cupiat, neque his multum eget: ille verò multa & valde desideret, eorumque indigeat: qualia sunt illa, quæ exercent alacros, vinolenti, & helleuones, quæ quidem omnia nihil aliud sunt, quam cupiditates. Nihil. Cupiditates porro omnes nihil aliud sunt, quam rerum quarundam indigentia. Homines igitur, qui plurimis ex his sunt affecti, in peiori statu sunt, quam qui nullis, vel quam paucissimis affecti sunt. Sanè quidem. Huiusmodi igitur homines esse vel valde malos existimo, & quanto magis sunt huiusmodi, tanto peiores. Nonne igitur nobis videtur, fieri non posse, ut hæc nobis ad hoc sint vitia nisi & nos his ad hoc indigeamus? Ita censet. Necessarium est utique, si quis eam hæc nobis ad corporis curam in his, quibus opus est, vitia sint futura, & nos his ad hoc simul indigere. Mihi sanè videtur. Nonne igitur eum, cui plurima ad hoc sint vitia, & ipsum plurimis indigere constat, si quidem necesse est omnibus his, quæ vitia sunt, indigere? Cõstat, ut ego iudico. Necessarium quoque ex hæc ratione esse constat, eos quibus multe sint pecuniæ, & ipsos ad corporis curam multis rebus necessariis indigere. Nam quæ sunt ad hoc vitia, esse pecuniis nobis apparuit. Quare necesse est, ut nobis distissimè, quando plurimis rebus egeant, pessimè affecti esse videantur.

DEFINITIONES.

V I.

AETERNITAS est, quæ per omne tempus ante fuit, nec in presentia finitur. Deus, animal immortalæ ad beatè viuendum seipso contentum: vis fœpiterma, & bonæ & naturæ causa. Ortus, motus ad eam naturam, quæ dicitur: naturæ adeptio: eò, ubi possit esse, profectio. Sol, celestis ignis, qui solùm ab ortu vsque ad occasum idem videtur potest: animal æternum, & animatum: altum maximum de die licens. Tempus solis motus: mensura celestis conuersionis. Dies, solis ab oriente ad occidentem iter. Lux, id quod nocti est contrarium. Aurora, diei principium: prima lux à sole profectio. Meridies, tempus, in quo corporum vmbra sunt minima. Occasus, diei finis. Nox tenebræ, diei contraria: solis priuatio. Fortuna ex incerto ad incertum transitus, & felicitatis fortuita causa. Senectus, animi defectio à tempore facta. Spiritus, aeris circū terram motus. Aer, elementum, cuius omnes motus in loco facti, secundum naturam sunt. Cælum, corpus omnia, quæ sensu percipiuntur, præter ipsam aerem summum, complectens. Animus, id quod ipsum seipsum mouet: causa motus vitalis animalium. Potentia, id, quod per se facit. Aspectus, habitus corpora discernens. Os, medulla calore concreta. Elementum, id, quod componit, & composita dissoluit. Virtus affectio animi, vel optimus mortalis animalis habitus sponte sua laudabilis

lis: habitus, quem qui tener, bonus dicitur. Communitas, legum iusta dispositio, quam quicumque est adeptus, si modo sit optime affectus, honestus appellatur: habitus bonas legum lationes efficiens. Prudentia, vis, quæ per se homini felicitatem comparat: habitus bonarum, & malarum: scientia, quæ dat felicitatem: habitus, quo iudicamus, quid faciendum sit, & quid vitandum. Iustitia, animi in seipso concordia, & in ipsius animi partibus inter se, & secundum ordinis conseruatio: habitus suam cuique tribuens dignitatem: habitus, quem qui cõsecutus est, eligit, facitque libenter ea, quæ iusta sibi videntur: habitus in vita legi parens: æquitas communicans: habitus rectis legibus obediens. Temperantia, animi moderatio ad eas cupiditates, & voluptates, quæ in ipso natura sunt, moderandas accommodata: congruens modus, & rectus animi ordo ad naturales voluptates, & dolores sedandos: concensus animi quidam, & consensus ad imperandum, & parendum: actio sua sponte naturæ congruenter agens: ordo rectus animi: animi quasi sermo de rebus honestis, & turpibus ratiocinans: habitus, quo qui prædictis eligit, quæ sunt eligenda, & cauere quæ sunt cauenda. Fortitudo, habitus animi, qui nullo metu moueri potest: magnanimitas bellica: robur bellicarum scientia: constantia, & firmitas animi in his rebus, quæ formidolose, grauèque sunt, obeundis: fidentia prudentiæ obtemperans: præstans animi robur in mortis expectatione: habitus rectas cogitationes in periculis conseruans: robur periculosæ par: robur constanter ad virtutem tendens: tranquillitas animi in his rebus, quæ grauè, horribilèque iure videntur: incertarum opinionum de rebus aduersis liberatio, & belli experientia: habitus stabilis legi parens. Constantia, vis dolorem sustinens: rectæ rationis comes: vis inuicta eius, quod recta cogitatione comprehensum est. Beatitudo, perfectio possessionis bonorum: habitus, quem qui habent, ipsi sibi ipsi imperant. Acquitas, rerum iustarum, & vtilium diminutio: in commerciis moderatio: ordo rectus animi ratione vrentis ad honesta, & turpia. Tolerantia, perpessio malorum propter honestatem: habitus perferendi labores honestatis causa. Fidentia, nullus mali expectatio: firmitas in malo presentia. Hilaritas, habitus, qui prohibet, ne nos in microres delabamur. Studium laborandi, habitus id, quod prius faciendum sumperis, perficiens: perpessio voluntaria: habitus laborem nunquam reprehendens. Pudor, audacis cessio voluntaria, iuste ei, quod optimum videtur, locum dans: optimi comprehensionis voluntarie facta: iusta reprehensionis vitatio. Libertas, vitæ principatus: summa in seipso cuiuslibet rei potestas: in vnoquoque sita potestas viuendi, ut velit: libera facultas opibus vsu, & possessione fruendi. Liberalitas, affectio, & studium lucrandi, ut decet: accessio, vel possessio diuitiarum iusta. Mansuetudo, sedatio motus, qui ab ira solet excitari: temperatio animi moderata. Venustas, voluntarius ad id, quod optimum videtur, accessus: modestia in corporis motu. Felicitas, bonum ex omnibus bonis compositum: vis ad bene viuendum se ipsa contenta: perfectio à virtute profecta: auxilium animalis per se satis idoneum: Magnificencia, amplitudo à grauissima mentis agitatione, & propositione profecta. Industria, bona in doles animi, quam qui habet, solers est ad id

omne, quod opus sit, ex cogitando: acumen mentis. Bonitas, morum cum beneficentia integritas: morum ardens studium. Honestas, habitus, quem qui habet, cupidè, & libenter, quæ honesta sunt, facit. Magnitudo animi, vsus in his, quæ accidunt, ciuilibus magnificencia animi cum ratione. Humanitas, morum habitus ad hominis amicitiam valde propensus: habitus in homines beneficia confersens. Pietas, iustitia erga Deos: virtus Deos colens: voluntaria religionis Deorum suscepcio: recta cultus Deorum scientia: bonum, quod sua ipsius causa appetitur. Securitas, habitus nos à timore prohibens. Vacuitas perturbationum, habitus id agens, ne nos in perturbationes incidamus. Pax, hostilium contentio quies. Desidia, otium animi: impetus animi vacuitas. Solertia, habitus, quem qui habet, idoneus est ad proprium finem coniectura consequendum. Amicitia, de rebus honestis, & iustis voluntatum consensio: electio vitæ eisdem considerata: de eligendo, & sciendo opinionum consensus: voluntatum ad vitæ communitatem cum beneuolentia coniunctio: dandi, & accipiendi beneficij communitas. Generositas, generosi moris virtus: animi ad rationes, & actiones facilis inductio. Heresit, recta comprobatio. Beneuolentia, electio: complexus hominem cum homine copulans. Cognatio, eiusdem generis communio. Concordia, rerum omnium, quæ verè sint, communitas: sententiarum, & opinionum quasi contentus. Comitas, demonstratio perfectæ. Ciuilibus scientia, rerum honestarum, & vtilium scientia: scientia iustitiam in ciuitate constituens. Sodalitas, amicitia inter æquales consuetudine cõsiliata. Cõsiliu bonum, vis cogitationis innata. Fides, opinio recta, rem ita, ut ipsi videtur, habere: certa veri comprehensio. Veritas, habitus, qui in affirmatione, & negatione versatur: rerum verarum scientia. Voluntas, desiderium recta cum ratione: appetitio rationi conseruata, appetitio naturalis cum ratione. Consiilij datio, ad monitio ante actionem, alteri præscribens, quo modo agere oporteat. Occasio, temporis præscriptio, in quo pati, vel agere oporteat. Cautio, mali declinatio: cura conseruandi sui. Ordo, actionis rerum omnium, quæ inter se conuertuntur, similitudo: cõmunitatis proportio: rerum omnium, quæ inter se comparantur, causa: proportio ad discendum accommodata. Attentio, animi ad perscrutandum contentio. Indoles bona, discendi celeritas: procreatio naturæ bona: virtus naturalis. Docilitas, indoles animi ad discendi celeritatè. Iudicium, euentus rei, de qua ambegebatur, ratus. Lex, de rebus iustis, vel iniustis disceptatio. Legum recta institutio, in legibus honestis obtemperatio. Læritia, in temperantia operibus gaudium. Honor, bonorum, quæ in virtutis actionibus dantur, donatio: dignitas ex virtute comparata: grauitatis species: autoritatis conseruatio. Alacritas, voluntatis ad agendum propensio significatio. Gratia, beneficentia voluntaria in officij tribuendi tempore boni remuneratio. Consensus, imperantium, & parentium opinio, imperandum, & parendum esse. Respublica, multitudinis hominum cõmunitas se ipsa ad bene viuendum contenta: cõmunitas multitudinis legibus constituta. Prouidencia, ad quædam futura preparatio. Consiilium, de rebus futuris, ut expediat consideratio. Victoria, vis in certamine superans. Perispicientia, facultas eius, quod